

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Concl. V. Lapsis in phrenesim, vel amentiam, non est in articulo mortis
Communio deneganda: quemadmodum nec energumenis, vel à nativitate
surdis; & mutis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

Videbuisse ut ea sibi administraretur. Porro antequam potuit communicare, incidit in amentiam, dico hoc ipso expirare obligationem illius praecepti, in quantum afficit ipsum amentem, qui pro illo tempore non est capax actus praecepti.

Interim tamen videtur manere aliqua obligatio in Ecclesia ministrandi Sacramentum iusti odii amenti, utrum qui sit capax fructus illius, & jam aetate habuit jus ad illud ministerium. Quis enim dixerit furem esse liberum a restitutione, quia verus Dominus incidit in amentiam?

Quo ministerio exhibito, est redat amens amentiam, ad amentem, opinor non amplius eum obligari praecepto divino, non quasi ipse in amentia illud impleverit; sed quia per Communio nunc tunc datum subtracta est ejus materia. Et idem dicerem de eo, qui communicasset in infante.

Ex quo patet ad primum simile, Secundum autem nimium claudicat: quae enim comparatio inter peccatum habituale, & obligacionem legis ad aliquid faciendum vel omittendum? Certe perexigua. In hoc unico, quod sicut peccatum habituale est aliquid moraliter permanens in peccatore ex actu praeterito peccati, ita etiam obligatio legis sit aliquid moraliter permanens in subiecto ex praeterita voluntate Legislatoris. Ergo sicut tempore amentiae manet peccatum habituale, ita etiam manet obligatio legis, quia praecipitur libera perceptio Eucharistie: qualis consequentia?

Optima, inquis; quoniam peccatum habituale non est aliud, quam obligatio satisfaciendi. Credat qui volet: Ego credo peccatum habituale manere in damnatis, manere autem obligacionem satisfaciendi, cum satisfactio in illo statu sit impossibilis: quis sapiens & intelliget istud? Qui enim non clamet (utor verbis D. Aug. lib. de Fide contra Manich. cap. 10.) statum esse praecepta dare ei, cui liberum non est, quod precipit, facere, & inquit esse, eum damnare, cui non fuit potestas iussa completere?

Manet quidem debitum poena in amentibus, & damnatis tamquam effectus consequens rationem peccati, independenter a voluntate peccantis, non inficior; sed veram & propriam dictam obligationem legis ad liberum operandum vel omittendum, quod ipsis physicè est impossibile, non facile credidero.

Dices; in dormiente manet obligatio legis, faltem habitualiter: ergo etiam in amente. Resp. Negando Consequentiam; quia somnus est quid transiens & naturale, amentia autem quasi status perpetuus, quamvis per accidens aliquando cesse: & ideo in homine dormiente potius dormit obligatio; in amente autem censetur quasi extincta.

Ceterum si nihil aliud velint Autores contrarii, quam amentes, de quibus hic loquimur,

aliquando habuiss. obligationem praecepti divini, & nondum illi obligationi satisfecisse, in hoc verbum eorum verissimum est; & si nihil aliud intelligent per obligationem habitualem, libertissime ipsis consentimus, & dissensio sollem erit in voce; quia existimo hoc non sufficere, ut simpliciter, & sine addito dicantur obligati praecepto divino sumendi Eucharistiam pro illo tempore, quo amentia durat, quamvis satis sit, ut praeparavilis, qui nunquam haberunt aliquam obligationem actualem, in articulo mortis non debeat ipsis Communio amentiam. Unde erit

CONCLUSIO V.

Lapsis in phrenesim, vel amentiam, non est in articulo mortis Communio deneganda: quemadmodum nec energumenis, vel à nativitate surdis, & mutis.

Suppôno quod sine periculo exterioris irreventiae possit Sacramentum ministrari. Similiter quod sint in bono statu, vel saltem non scientur esse in malo, & quod aliquo modo Eucharistiam petierint, Catholicè vivendo.

Phrenesies
vel amenti-
bus in ex-
tremis non
deneganda.
Communi-
ties,

Conclusio est communis, præstum quando ante amentiam nonquam communicarunt. Ratio plana est, quia sunt capaces effectus, & aliquando haberunt obligationem communicandi, cui haec tenus non satisfecerunt. Et quamvis satisfecissent præcepto divino per antecedentem Communionem, non tamen præcepto Ecclesiastico communicandi in articulo mortis, de quo infra. Accedit summa utilitas, imo aliquando extrema necessitas, si v. g. peccator tantum est attritus, & non adit qui possit absolvere à peccatis, vel ministrare Extremam Unctionem.

Unde sic docet Catech. Rom. parte 2. c. 4. ut dicitur q. 49. Amentibus qui tunc à pietatis sensu alieni sunt, Sacraenta dare minime oportet, quamvis si antequam in infaniam inciderint, piam & religiosam animi voluntatem pre se tenerint, licebit eis in fine vita, ex Concilio Carthaginensis decreto Eucharistiam ministrare: modo vomitionis, aut alterius indignitatis, & incommode periculum nullum timendum sit.

Porro decretum Concilii Carthag. IV. c. 76 & Concilii ita se habet: Is, qui Paenitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obnubilatur, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat Paenitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia. Eadem autem est

L. I. z. ratiō

ratio de iis, qui extra infirmitatem in amentiam incidunt.

^{59.} Consonat Concil. Arauf. I. can. 13. Amer-
eui conso- tibus, inquit, quecumque pietatis sunt, conferenda
nat Autaf- sunt. Sub quibus verbis communiter Doctores
canum 1. intelligent Eucharistiam. Verum, inquit Val-
Vasquez.
Diegues. quez disp. 212. n. 22. (quem sequitur Dica-
fillo disp. 9. n. 185.) cum Canon præcedens
sit de iis, qui cum vellet baptizari aut Pe-
nitentiam accipere, subito obmutescentes, eam
amplius petere non potuerunt, videtur etiam
hic intelligendus de iis, qui subito in amen-
tiam inciderunt, cum tamen antea Penitentia-
tiam peteret, aut Baptismum.

Sed hoc argumentum nullius est momenti,
cum expissimè nulla sit connexio inter mate-
riam Canonis præcedentis, & materiam Ca-
nonis immediate subsequentis. Quocirca sin-
guli Canones intelligendi sunt sicut sonant,
nisi aliquid obstat. Hic autem nihil obstat, quo
minus Canon 13, generaliter, sicut sonat, in-
telligatur, puta de iis omnibus amentibus,
quos in principio Conclusionis descripsimus.

Eadem veritatem non obsecrè indicat
Concilium Tolet. II. can. 11. dicens: *Quicum-
que fidelis inevitabilè qualibet infirmitate coactus
Eucharistiam perceptam reiecerit, in nulla Ecclesias-
tistica damnationi subiaceat. Similiter nec illos cuius-
quam punitionis censura redarguer, quia talia aut
tempore infirmita faciunt, aut in qualibet mentis
alienatione positi, qui quod fecerint, ignorare vi-
duntur.*

An sit obli-
gatio ex ju-
stitia?

Ex his sequitur Pastores obligari ex justicia
talibus dare Eucharistiam, idque per modum
Viatici; præsertim cum in vita Christiana
transfacta, sufficienter præcessit devorio, &
includatur voluntas saltem interpretativa reci-
piendi extrema Sacraenta, id est, Penitenti-
am, Vaticum, & Extremam Unctionem,
ad qua quilibet habet ius, si est capax, & nulla
obstat prohibitus. Et sane si Extrema Unctio
conceditur, quidni Eucharistia concedi debet,
qua est magis necessaria?

^{60.} Ceterum qua amentum, eadem, in modo
Qua ame- major est ratio energumenorum, quidquid olim
tum, es- fuerit in usu apud priscos quosdam Patres, sal-
dem, in- tem quoad illos, qui juxta veteris Ecclesie
ratio ener- morem erant ob gravia peccata ab Episcopis
gamo- traditi Satane in vexationem carnis; quam-
rum enim durabat talis vexatio, etiam erant ex-
communicati ab usu hujus Sacramenti: atta-
men retinebant obligationem ad usum, ubi
essent Ecclesie reconciliati.

Illa consuetudo indicatur ab Apostolo
1. Cor. 5. v. 3. & sequentibus: *Ego quidem
absens corpore, praesens autem spiritu, iam indicavi
ut presens, eum qui sic operatus est, in nomine Do-
mini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, &
meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu, tra-
dere huiusmodi Satano in interitum carnis; ut spi-
ritus salvis sit in die Domini nostri Iesu Christi.*

Interim hæc consuetudine abolita, est ob
præcedentia sua peccata (quod non semper) à
Dæmoni forent obsecsi, si actu sunt in fœtus
gratia, nil obstat præcedens indigitas; eo-
que sunt magis indigi, ac proinde, si abit pe-
riculum irreverentia, dicendum, eis similiter
dari posse Eucharistiam, non tantum in articulo
mortis, in Paschate; verum etiam frequen-
tius, prout prudens Confessorius judicaverit
expedire ad expellendum, vel frænandum Dæ-
monem, ad patientiam & utilitatem obsecsi.

Enimvero nullo jure id prohibetur; immo ut isti
expressè conceditur cap. 14. Conc. Arauf. I. in Cor-
his verbis: *Energumeni iam baptizati, si de pur-
gatione sua curant, & se solliciti domini Clericorum
tradant, munitiq; obtemperent, omnino com-
municant, Sacramenti ipsius virtute vel minen-
di ab incursu Daemonum, quo infestantur, vel pur-
gandi, quorum iam ostendunt vita purgatoria.*

Colligitur etiam ex facto, quod refert Pro. 6. 10.
sper lib. 4. de Prædictionibus & promissioni D. Thom.
in Cor. 14. Et docet Cassianus Collat. 7. c. 30.
D. Thom. & alii Recentiores passim.

Consule proximæ Ecclesiæ, qua est optimæ
legum interpres; & dicet tibi, non tantum
energumenis; verum etiam mutis & surdis à qua eti-
mata vitate, si non appareant indisponibili, & ex
mutibus satis conset eos cibum illum spiritu-
alem distinguere à prophano (quod eos signis
edoceri posse, experientia ostendit) & accipere
in remedium salutis: dicit, inquam, hujus
modi quoque adulis præberi posse Eucha-
ristiam in articulo mortis, & Paschate; in modo si
discretio sit maturior & perfectior, etiam se-
pius, v. g. in solemnioribus festivitatibus,
quemadmodum possunt confiteri & absolviri.

Si queris rationem, in promptu est; sunt
quippe capaces præcepit, tam divini, quam
Ecclesiastici. Aliud forer si simul essent à na-
tivitate cæci: tunc siquidem non videntur ca-
paces Eucharistia dignoscenda, adeoque nec
sumendæ magis, quam perpetuò amentes.

Portò sì me queritur, quid ergo sit dicen-
dum de pueris doli capacibus, qui passim ad-
mittuntur ad Confessionem, defectu tamen ple-
næ maturitatis arcentur à Communione? Res-
cipiūt cœli:

CONCLUSIO VI.

Pueris, qui sunt doli capaces, in
articulo mortis non est Com-
munio deneganda.

VO Oco pueros doli capaces, qui possunt
immortaliter peccare. Quamvis enim tunc
statim non obligentur præcepto Ecclesiastico
singulis annis communicare, ut multi probabi-
liter docent, & consuetudo Ecclesiæ approbat: non
equidem quid obstat, quod minus obligentur
præcepto.